Quia Gnsus Joannes Szorc olim Stanislai filius et in eventu mortis illius legitimis succesoribus Tenetur esse debitor certus verus et legitimus debiti mutuatae pecuniae summam Centum Florenorum numeri et Monetae Polon. Quam quidem summam suprascriptam recognoscens submittit ac se de Omnibus bonis cum succesoribus suis inscribit Memorato Creditori suo suae eius posteris hinc pro festo Sancti Michaelis Archangeli proxime futuro parata pecunia solvere realiter et de facto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis deponere et relinquere repositam et relictam [illegible] ad se ab eodem officio non accipere nec modo quovis arestare aut attenebere sub vadio simili aliorum Centum Florenorum Polon in defectu solutionis pro tempore Prefixo ad solvendum succumbendo: Et coram officio praesenti Castrensi Bransensi in primo Citationis termino peremptoria responsione ac satisfactione. Quibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suis succesores sibi abrenunciando et abrenunciando sub amissione suae liberis et integrae causae.

G. Szorc et Zyczkowna Advitalitas

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Bransensi personaliter comparentes Gnosus Joannes Szorc olim Gnsi Stanislai filius ab una Et Gnosa Marina Zyczkowna olim Gnsi Pantaleonis Zyczko filia eiusdem vero Szorc consors legitima partibus ab altera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit Quia sibi inter se Mutuam acceptamque Advitalitatem Omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium summarumque pecuniarum super se recognitarum modo quovis ac iure titulo concernentium in Civitate Brian. Domanorum et aliis Obviis consistentium nunc habitarum et in post favente Divina clementia habendorum ad extrema vitae suae tempora inscribunt et concedunt tali modo Quod si prius de hac luce Deo Volente Gnosum Joannem Szorc quam Modernam Consortem eius Gnosam Marinam Zyczkowna decedere contigerit Extunc ipsa bona eius Omnia mobilia et immobilia Obviis quorum consistentia super ipsum Maritum suum modo quovis ac iure titulo concernentia cum Universis attinentiis generaliter Omnibus ac in specie singulis Obligis fructibus proventibus Nihil except. iure Advitalitatis tenebit et possidebit ac illis utetur ad extrema vitae suae tempora Obfruetur. Post mortem vero ipsius bona eadem Omnia in Succesores [illegible] Mariti sui devolventur. Simili etiam modo si prius [illegible]

Gnosam Mariannam Zyczlowna quam Memoratus Gnosum Joannem
vero Maritum eius mori contigerit Ex tunc ipse bona eius Omnia Mo-
bilia et immobilia ubivis locorum consisten. Summasq pecuniarias eandem
Consortem suam quovis modo et iure titulo concernen. quaecunq morte
illius interveniente derelicta fuerint tenebit habebit possidebit illisq
ad extrema vitae suae tempora utifruetur. Post decessum vero ipsius
Bona eadem Omnia in Successores eiusdem consortis suae absq quavis
contradictione Successorum ipsius devolvi debent.

Dobroslawy **Submissio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Scaransen. personaliter comparens
Nobilis Proboprius Nicolaus olim Jacobi Mierzowski sanus mente et
corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia ipse de O-
mnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus ac persona sua pro No-
bilibus haeredibus Omnibus Dobroslawskie et pro Nobili Andrea Anselmo
Szablowski in iterum hanc expeditionem nunc imminentem bellicam Kozakus
debuit eum haereditarijs in Contribus suis equis et toto apparatu
bellico pro Trecentis Florenis Polon. iam ab ipsis realiter acceptis
per decursum temporis Quartalibus una cum alijs incolis competenter
servire et expedire quietationemq eius absolutae expeditionis
deferre et ipsis reddere Sub Vadio Trecentorum Florenorum Polon.
et poenis de expeditione bellica sancitis Et Coram officio praesenti
Castren. Scaransen. in primo Citationis Termino peremptorie responsurum
ac satisfactionem Omnibus in universum iuris remedijs et defen-
sis legalibusq impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suis
successoribus ubi absenbendo et abrenunciando sub amissione suae
servitutis successionum ubivis et integra causa ✗ si vero integram
quartualem expeditionem non servabit compositionem et rationem cum ipsis facere

G. Skiwski Notary **Superrecognitio**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Scaransen. personaliter comparens Nobilis
Albertus olim Michaelis Woyno sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognovit Quia apud Gnosum Joannem Skiwski
Notarium Castren. Scaransen. qui in locum officij sui Nobilem Anselmum
Szablowski subdelegavit hic priorem obligationem bonorum immobilium
in haereditate Wojny Longaj consisten. per se eidem in Triginta Sexa-
genis Polon. Coram Actis praesentibus Feria Quarta post Domini-
cam Invocavit Anno praesenti recognitam quam et praesentibus approbat
nunc denuo Quatuor Sexagenas Polon. superaccepit et priori Summae
adiungit In qua quidem Summa simul unita Triginta Quatuor
Sexagen. Polon. bona eadem in Originali inscriptione exarata tenere
habere possidere modo obligatorio hinc usq ad exemptionem et Summae p-
fatae integram exsolutionem inscribit et assecurat Intimen. ex nunc
cum pace possessionem p. Nobilem et Nobiles suos offerre acceptandam admittendo.